

623

RESERVADO
623
B. N. L.

ADO
3
L.

Reserv. 623

00

~~227~~



Microfilmado

III

17/2/94

Paul Lowry

SEVERINI
BOETHII, ORDINARII

PATRICII, CONSULARIS

viri, de Cōsolatione Philosophica carmina
ad usum scholarum excerpta.



OLYSSIPONE.

Cum facultate Inquisitorum.

Apud Antonium Alvarez. Anno Dñi 1592.

BOETII DE CONSO.

Solantur mæsti nunc mea fata senis.

Venit enim properata malis inopina senectus,

Et dolor et aeterni iussit inesse suam.

Intempestivi funduntur vertice cani,

Et tremit effæto corpore laxa cutis.

Mors hominum felix, quæ se nec dulcibus annis,

Inferit, & mæstis sæpe vocata venit.

Eheu quàm surda miseros aueritur aure,

Et stantes oculos claudere sæua negat.

Dum leuibus malefida bonis fortuna faueret,

Penè caput tristis merserat hora meum:

Nunc quia fallacem mutauit nubila vultum,

Protrahit ingratas impia vita moras,

Quid me felicem toties iactastis amici?

Qui cecidit, stabili non erat ille gradu.

¶ Metrum secundum.

Monocolon. Versus est dactylicus, alcmانيus, tetrameter, hypercatalecticus, constans pentametri dactylica. Itè dactylo & spondeo, siue trocheo, hoc modo: Heu quàm -- præcipi
- v v ti - mersa pro - v v fundo --

-- - v v - - v v --

Heu quàm præcipiti mersa profundo
Mens hebet, & propria luce relicta
Tendit in externas ire tenebras,
Terrenis quoties statibus acta

Crescio

Crescit in immensum noxia cura.
 Hic quondam cælo liber aperto
 Suetus in æthereos ire meatus,
 Cernebat rosei lumina solis,
 Visebat gelida sydera lunæ,
 Et quæcunq; vagos stella recursus
 Exercet, varios flexa per orbes,
 Compressam numeris victor habebat.
 Quin etiam causas unde sonora
 Flamina sollicitant æquora ponti:
 Quis voluat stabilem spiritus orbem?
 Vel cur hesperias sydus in undas
 Casurum, rutilo surgat ab ortu:
 Quis veris placidas temperet horas
 Ut terras roseis floribus ornet:
 Quis dedit ut pleno fertilis anno
 Autumnus gravidis influat vuis,
 Rimari solitus, atque latentis
 Naturæ varias reddere causas.
 Nunc iacet effato lumine mentis,
 Et pressus gravibus colla catenis,
 Declinumq; gerens ponderé vultum,
 Cogitur heu stolidam cernere terram.

¶ Metrum tertium.

Dicolon distrophon. Primus versus est heroic⁹
 dactylicus, hoc modo: Tunc me -- discus --

BOETII DE CONSO.

sa li - - querunt - - nocte te - v v nebræ - -
 Sequens est Alcmanius, daçtylicus, tetrameter
 acatalecticus, quatuor integris daçtylis constās
 hoc modo: Lumini - v v busq; pri - v v or
 redi - v v it vigor - v v

- - - - - v v - -

- v v - v v - v v - v v

Tunc me discussa liquerunt nocte tenebra
 Luminibusq; prior redijt vigor.
 Ut cū precipiti glomerātur sydera coro,
 Nymbosisq; polus stetit imbrisbus
 Sol later, ac nondum caelo venientibus astris
 Desuper in terram nox funditur;
 Hanc si Thraicio Boreas emissus ab antra
 Verberet, & clausum reseret diem,
 Emicat, & subito vibratus lumine phœbus
 Mirantes oculos radijs ferit.

¶ Metrum quartum,

Monocolon. Versus est daçtylicus, phalæcius,
 pentameter, hendecasyllabus. Constat enim
 spondeo, daçtylo, & tribus trochæis, hoc modo
 Quisquis - - composi - v v tose - v renus

- v xuo - v

- - - v v

Quisquis composito serenus auro
 Fatum sub pedibus egit superbum,
 Fortunamq; tuens viranq; rectus,
 Inuictum potius tenere vultum.

Non illum rabies, minaq; ponti
 Versum funditus agitantis aestum,
 Nec ruptis quoties vagus caminis
 Torquet fumificos, Vesuus ignes,
 Aut celsas soliti ferire turres
 Ardentis via fulminis mouebit.
 Quid tantum miseri seuos tyrannos
 Mirantur, sine viribus furentes?
 Ne speres aliquid, nec extimescas,
 Exarmaueris impotentis iram.
 At quisquis trepidus pauet, vel optat
 Quod non sit stabilis, suiq; iuris,
 Abiecit clipeum, locoq; motus
 Nescit qua valeat trahi catenam.

Metrum quintum.

Monocolon. Versus est anapesticus, pindari-
 cus, dimeter, acatalecticis. Constans anapesto,
 recipiens tamen frequenter etiam spondeum, ra-
 ro proceleumaticum. Apud comicos dactylum
 quoq; frequenter capit. Et sex numero ultima
 cum superest syllaba, in duas breues diuiditur.

BOETII DE CONSO.

Immiscuit autem Boetius in hoc carminis genere pedes admodum diuersos, vt nullam legē seruatā voluisse videatur. Scanditur hoc modo
 Ostel - - liferi v v - cōditor - v v orbis - v

- - v v - - v v - v

O Stelliferi conditor orbis,
 Qui perpetuo nixus solio
 Rapido cælum turbine versas.

Legemq; pati sydera cogis,
 Vt nunc pleno lucida cornu
 Totis fratris obuia flammis
 Condat stellas luna minores,
 Nunc obscuro pallida cornu
 Phæbo propior lumina perdat.
 Et qui primæ tempore noctis
 Agit a'gentes hæsperus ortus,
 So'itas iterum mutet habenas
 Phæbi pallens lucifer ortu.
 Tu frondisflua frigore brumæ
 Stringis lucem breuiore mora.
 Tu cum feruida venerit æstas,
 Agiles noctis diuidis horas.
 Tua vis varium temperat annū,
 Vt quas Boreæ spiritus aufere
 Reuehat mitis zephyrus frōdes.
 Quæq; Arcturus semina vidit,
 Suius altas vrat segetes.

Nihil

Nihil antiqua lege solutum
 Linqvit propriae stationis opus.
 Omnia certo sine gubernas,
 Hominum solos respicis actus.
 Merito rector cohibere modo,
 Nam cur tantas lubrica versas
 Fortuna vices? premit insontes
 Debita sceleri noxia poena,
 At peruersi resident celfo
 Mores solio, sanctaq; calcant
 Iniusta vice colla nocentes.
 Latet obscuris condita virtus
 Clara tenebris, iustusq; tulit
 Crimen iniqui.
 Nil periuria, nil nocet ipsis
 Fraus, mendaci compta colore.
 Sed cum libuit viribus uti,
 Quos innumeri metuunt populi
 Summos gaudent subdere reges.
 O iam miseras respice terras
 Quisquis rerum foedera neclit.
 Operis tanti pars non vilis
 Homines, quatimur fortuna salo.
 Rapidos aclareor, rector cooprime fluctus,
 Et quo calum regis immensum
 Firma stabiles foedere terras.

BOETII DE CONSO.

¶ Metrum sextum.

Monocolon. Versus est gliconius, choriambi-
cus, trimeter, acatalecticus. Constans spondeo
choriambos, & pyrrichio, hoc modo:

Cum phœ - - bi radijs - v v - graue v v

-- - v v - v v

CU M phœbi radijs graue

Caveri sydus inestuat,

Tū qui larga negantibus

Sulcis semina credidit

Elusus Cereris fide

Quernas pergat ad arbores.

Nunquam purpureum nemus

Leturus violas petas,

Cum seuis Aquilonibus

Sridentis campus inhorruit.

Nec quaras anida manu

Vernos stringere palmites,

Vuis si libeat frui.

Autumno potius sua

Bacchus munera contulit.

Signat tempora proprijs

Aptans officijs deus.

Nec quas ipse coercuit

Miseri patitur vices:

*Sic quod præcipite via
 Certum deserit ordinem;
 Latos non habet exitus.*

¶ Metrum septimum.

Monocolon. Versus est dactylicus, adonius, dimeter, catalecticus. Constas dactylo & Trocheo, id est, duobus dactylis, deficiente vna syllaba, hoc modo: Nubibus - v v atris --

- v v - v

Nubibus atris
 Condita nullū
 Fūdere possunt

Sydera lumen.

Si mare voluens

Turbidus auster

Misceat æstum:

Vireæ dudum,

Parq; serenis

Unda diebus,

Mox resolutis

Sordida cæno

Visibus obstat.

Quiq; vagatur

Montibus altis

Defluus amnis,

Sæ resistit.

BOETII DE CONSO.

Rupe soluti
Obice saxi.
Tu quoque si vis
Lumine claro
Cernere verum,
Tramite recto
Carpere callem,
Gaudia pelle,
Pelle timorem,
Spernq; fugato,
Nec dolor astit:
Nubila mens est,
Umbratq; frenis
Hac ubi regnant.

Primi libri finis.

Seuerini Boetij de Consolatu Philo sophico, Liber Secundus.

¶ Metrum primum.

Monocolon. Versus est iambicus, hipponactius,
trimeter, acatalecticus. Constans ẽ sex iambis
recipiẽsq; spondeũ imparibus sedibus, hoc mo
do: Hæc cum - - super v - ba ver - - terit
v - vices v - dextra - -

- - v - - - v - v - - -

Hæc

Hæc cum superba vertèrit vices dextra,
 Ex æstuantis more fertur Euripi.
 Dudum tremendos seu a proterit reges
 Humilemque victi subleuat fallax vultus.
 Non illa miseros audit, haud curat fletus,
 Ulroque gemitus dura quos fecit ridet.
 Sic illi ludit, sic suas probat vires.
 Magnumque suis monstrat ostentum.
 Si quis visatur una stratus, ac felix hora.

¶ Metrum secundum.

Dicolon distrophon. Primus versus est asclepiæ
 deus, choriâbicus, tetrameter, catalecticus, con-
 stans spondeo, duobus choriâbis, & pyrrichio
 hoc modo: Si quan - - tas rapidis - vv - flati-
 bus in - vv - citus vv. Sequens est dactylicus
 pheregratius, trimeter, acatalecticus, constans
 spondeo, dactylo, & spondeo. Hoc modo:
 Pontus - - versata - vv renas - -

- - - vv - - vv - vv

- - - vv - -

Si quantas rapidis flatibus incitus
 Pontus versat arenas,
 Aut quot stelliferis editæ noctibus
 Cælo sidera fulgent,
 Tantas fundat opes, nec retrahat manum
 Pleno copia cornu,

BOETII DE CONSO

Humanum miseræ haud ideo genus

Cisssis flere querelas.

Quamuis vota libens excipiat deus

Multi prodigus auri,

Et claris anidos ornet honoribus,

Ni iam parva videntur.

Sed quæ sita vorans sæua rapacitas,

Altos pandit hiatus.

Quæ iam præcipitem frena cupidinæ

Certo sine recitent,

Largis cum potius muneribus fluens

Sitis ardescit habendi?

Nunquam diues agit, qui trepidus gemens

Se se creâit egentem.

¶ Metrum tertium.

Dicolon distrophon. Primus versus est dactylicus, sapphicus, pentameter, acatalecticus. Constans trochæo, spondeo, dactylo, & duobus trochæis, vel ultimo spondeo. Hoc modo.

Cum po - v lo phæe -- bus rose - vv is
qua - v drigis -- Sequens est Glyconius, ut Cum Phæebi radijs.

- v -- - vv - v --

-- - vv - vv

Cum polo phæbeus roseis quadrigis
Lucei spargere ceperit,

Pallet albentes hebetata vultus
 Flammas stella prementibus.
 Cum nemus flatu Zephiri repentis
 Vernis irrubuit rosis,
 Spirat insanum nebulosus auster,
 Iam spinis abeat decus.
 Sape tranquillo radiat sereno
 Immotis mare fluctibus:
 Sape feruentes aquilo procellas
 Verso concitat aequore.
 Rara si constat sua forma mundo,
 Si tantas variat vices,
 Crede fortunis hominum caducis,
 Bonis crede fugacibus.
 Constat, eterna positumque lege est,
 Ut constet genitum nihil.

¶ Metrum quartum.

Dicolon distrophon. Primus versus est iambicus, anacreonticus, dimeter, catalecticus, constans tribus pedibus & syllaba. Hoc modo.

Quisquis - - volet v - peren v - nem v
 Sequens est Pheregratus, vt, Pontus versat
 arenas.

Quisquis

BOETII DE CONSO:

Quisquis volet perennem
 Cautus ponere sedem,
 Stabilisq; nec sonori
 Sterni flatibus Enri,

Et fluctibus minantem
 Curat spernere pontum,
 Montis cacumen alii,
 Bibulas vitet arenas.
 Illud proteruus auster
 Totis viribus urget:
 Ha pendulum soluta
 Pondus ferre recusant.
 Fugiens periculosam
 Sortem sedis amœna,
 Humili domum memento
 Certus figere saxo.
 Quamuis tonet ruinis
 Miscens æquora ventus,
 Tu conditus quieti
 Felix robore valii
 Duces serenus aenum,
 Ridens atheris iras.

¶ Metrum quintum.

Monocolon. Versus est anapesticus, parthenia-
 cus, dimeter, catalecticus. Primi duo pedes reci-
 piunt anapæstum, vel spondeum. Tertius ana-
 pæstum

pæstum. Deinde superest syllaba, hoc modo:
 Felix -- nimiū v v - prior æ v v - tas

Felix nimium prior ætas
 Contenta fidelibus aruis,
 Nec inertī perdita luxu:
 Facili quæ sera solebat
 Ieiunia soluere glande,
 Nec bacchica munera norat
 Liquido confundere melle,
 Nec lucida vellera Serum
 Tyrio miscere veneno.
 Somnos dabat herba salubres,
 Potum quoq; lubricus amnis,
 Vmbra altissima pinus.
 Nondum maris alta secabat,
 Nec mercibus undique lectis
 Nova littora viderat hospes.
 Tunc classica sæua tacebant,
 Odijs neque fusus acerbis
 Cruor horrida tinxerat arma.
 Quid enim furor hosticus vlla
 Vellet prior arma mouere,
 Cum vulnera sæua videret,
 Nec præmia sanguinis vlla.
 Utinam modo postra redirent
 In mores tempora prisca,

Sed senioribus Ethna
 Feruens amor ardet habendi,
 Heu primus quis fuit ille,
 Auri qui ponderatecti,
 Gemmasque latere volentes,
 Pretiosa pericula fodit.

¶ Metrum sextum.

Monocolon. Versus est dactylicus, sapphicus,
 pentameter, acatalecticus, ut, Cū polo Phœ.

- v - - - yv - v - - -
Nouimus quantas dederit ruinas
 Urbe flammata, patribusque casis,
 Fratre qui quondam ferus interempto
 Matris effuso maduit exuore.
 Corpus & visu gelidum pererrans
 Ora non tinxit lachrymis: sed esse
 Censor extincti potuit decoris.
 Hic tamen sceptro populos regebat,
 Quos videt condens rodios sub undas
 Phœbus extremo veniens ab ortu:
 Quos premunt septem gelidi triones:
 Quos nouus sicco violentus aestu
 Torret, ardentes recoquens arenas.
 Celsa num tandem valuit potestas
 Vertere prauī rabiem Neronis?
 Heu grauem sortem, quoties iniquus
 Additus sauo gladius veneno.

Metrum

¶ Metrum septimum.

Dicolon distrophon. Primus versus est iambicus, archilocheus, trimeter, acatalecticus, Imparibus sedibus Spondeum recipiens, interdū etiam Anapæstum, in fine Pirrichium vel Spondeum, hoc modo. Quicū - - q; so v - lam

men - - te præ v - cipiti v v - petie v v
Sequens est Iambicus, archilocheus, dimeter, acatalecticus, hoc modo. Summum - - q;
cre v - dit glo - - riam v v

- - v - - - v v - - v v
- - v - - - v v

Quicūq; solam mente præcipit petit,
Summumq; credit gloriam,

Late patentes at heris coenat plagas,
Arctumq; terrarum situm

Breuem replere non valentis ambitum.
Pudebit aucti nominis.

Quid o Superbi colla mortali iugo
Frustra leuare gestunt?

Licet remotos fama per populos medans
Diffusa linguas explicet,

Et magna titulis fulgeat claris domus,
Mors spernit altam gloriam,

Inuoluit humile pariter, & celsum caput,
Æquatq; summis insima.

Ubi nunc fidelis ossa Fabritij manent?

Quid Brutus, aut rigidus Cato? *M. p.*

Signat superstes fama tenuis pauculis

Inane nomen litteris.

Sed quid decora nouimus vocabula?

Num scire consumptos datur?

Iacetis ergo proorsus ignorabiles,

Nec fama notos efficit.

Quod si putatis longius vitam trahi

Mortalis aura nominis,

Cum sera vobis rapit hoc etiam dies,

Iam vos sequenda mors manet.

¶ Metrum octauum.

Monocolō. Versus est glyconius, choriābicus, trimeter, acatalecticus, cōstans spondeo, choriāambo, & pyrrichio. Cum Phœbi radijs.

Quod mundus stabili fide

Concordes variat vices,

Quod pugnant in semina

Fœdus perpetuum tenent,

Quod Phœbus roseum diem

Curru prouehit aureo,

Vt quas duxerit Hesperus

Phœbe noctibus imperet,

Et fluctus anidum mare

Certo sine coarceas

PHILOSOPHI LIBERTI. III.

Ne terris liceat vagis
Latos tendere terminos,
Hanc rerum seriem ligat,
Terras, ac pelagus regens,
Et cælo imperitans amor.
Hic si frena remisserit,
Quicquid nunc amat inuisum
Bellum continuo gerit:
Et quam nunc socia fide
Pulchris motibus incitant,
Certant soluere machinam.
Hic sanctos populos quoque
Iunctos fœdere continet:
Hic & coniugij sacrum
Castis nequit amoribus:
Hic fidis etiam sua
Dicit iura sodalibus.
O felix hominum genus
Si vestros animos amor
Quo cælum regitur regat.
Secundi Libri finis.



Seuerini Boetij de Consolatu Philo-
sophico, Liber Tertius.

Metrum primum.

Monocolon. Versus est dactylicus, Ithyphalli-

BOETII DE CONSON

cus, tetrameter, acatalecticus, constans tribus
 dactylis, & pyrrichio. Hoc modo. Qui fere - v v
 ingenu - v v um volet - v v agrum v v

- v v - v v - v v v v

Qui serere ingenuum volet agrum
 Liberat arua prius fruticibus,
 Falce rubus, filicemq; resecat,
 Ut nona fruge grauis ceres eat
 Dulcior est apium mage labor
 Si malus ora prius sapor edat.
 Gratius astra nitet, ubi Notus
 Desinit imbriferos dare sonos.
 Lucifer ut tenebras pepulerit
 Pulchra dies roseos agit equos.
 Tu quoq; falsa tuens bona prius,
 Incipe colla iugo retrahere:
 Vera dehinc animum subierint.

¶ Metrum secundum.

Monocolon. Versus est anapesticus, pindari-
 cus, dimeter, acatalecticus, ut, O stelliferi.

-- -- - v v --

Quantas rerum stellas habenas
 Natura potens, quibus immensum
 Legibus orbem prouida seruet,
 Stringatque ligans irresoluto
 Singula nexu, placet arguto

Fidibus lentis promere cantu.

*Quānis poeni pulchra lenones
Vincula gestēt, manibusq; datas
Captent escas, metuantq; truces
Soliti verbera ferre magistrum,
Si cruor horrida tinxerit ora
Resides olim redeunt animi,
Fremituq; gravi meminere scis:
Laxant nodis cella solutis,
Primusq; lacer dēto cruento
Domitor rabidas imbuit iras.*

Que canit altis garrularumis

*Ales, cauea clauditur antro,
Huic licet illita pacula melle,
Largasque dapes dulci studio
Ludens hominū cura ministrat,
Si tamen alto saliens tecto
Nemorū gratas viderit umbras,
Sparsas pedibus proterit escas,
Sylvasq; tantū mœsta requirit:
Sylvas dulci voce susurrat.*

Validis quondā viribus acta

*Pronum flectit virga cacumen:
Hanc si curuans dextra remisit,
Recto spectat vertice cœlum.*

*Cadit hœsp̄rias Prœbus in undas,
Sed secreto tramite rursus*

*Currum solitos vertit ad ortus,
 Repetunt proprios quæque recursus,
 Redituq; suo singula gaudent,
 Nec manet ulli traditus ordo,
 Nisi quod fini iunxerit ortum,
 Stabilemq; sui fecerit orbem.*

¶ Metrum tertium.

Dicolon distrophon. Primus versus est iambi-
 cus, trimeter, acatalecticis, vt, Hæc cū superba.
 Sequens elegiacus.

-- v - v - v - - - vv
 -- - - vv - vv -

Quamuis fluente diues auri gurgite
 Non expleturas cogat auarus opes,
 Oneretq; baccis colla rubri litoris,
 Ruræq; centeno scindat opima boue,
 Nec cura mordax deserit superstitem,
 Defunctumq; leues non comitantur opes.

¶ Metrum quartum.

Dicolon distrophon. Primus versus est dacty-
 licus, phalæntius, pentameter, hendecasyllabus
 vt, Quisquis cōposito serenus æuo. Sequens
 est dactylicus archilocheius, tetrameter, cata-
 lecticus, cōstans duobus dactylis & totidē tro-
 chæis, hoc modo. Comeret - vv & niue - vv
 is la - v pillis - -

-- - vv

-- - V V - V - V --
 - V V - V V - V --
Quamuis se tyrio superbus ostro
 Comeret & niueis lapillis,
 Inuisus tamē omnibus vigebat
 Luxuria Nero senientis.
 Sed quondam dabat improbus verendis
 Patribus indecores curules.
 Quis illos igitur putet beatos,
 Quos miserī tribuunt honores?

¶ Metrum quintum.

Monocolon. Versus est Anapæsticus, partheniacus, dimeter, catalecticus, ut, Felix nimium.

-- V V - V V - V
Qui se volet esse potentem,
 Animos domet ille feroces:
 Nec victa libidine colla
 Fædis summittat habenis.
 Etenim licet indica longe
 Tellus tua iura tremiscat,
 Et seruiet vltima Thyle,
 Tamen atras pellere curas,
 Miserasq; fugare querelas
 Non posse, potentia non est.

¶ Metrum sextum.

Dicolon distrophon. Primus versus est dactyli-

BOETII DE CONSO.

cus, alcmانيus, trimeter, hipercatale&icus. Nā
post tres pedes superest syllaba, hoc modo.

Omne homi - v v nam genus - v v in ter -
ris - Sequens est pherechratius, admittens
quandoq; anape&stum, hoc modo. Simili v v
surgit ab - v v ortu - -

- v v - - v v - -
v v - - v v - -

O Mne hominum genus in terris
Simili surgit ab ortu.
Vnus enim rerum pater est,

Vnus cuncta ministrat,

Ille dedit Phoeboradios,

Dedit & cornua luna.

Ille homines etiam terris

Dedit, & sydera caelo.

Hic clausit membris animas

Celsa sede petios.

Mortales igitur cunctos

Edidit nobile germen.

Quid genus & proavos strepitis,

Si primordia vestra,

Authoremq; Deum spectes,

Nullus degener extat,

Ni vitis peiora fouēs

Proprium deserat ortum,

¶ Metrum septimum.

Monocolon. Versus est iambicus, anacreutius, dimeter, catalecticus, constans anapesto, duobus iambis & syllaba, hoc modo. Habet hoc v v -
volup v - tas o v - mnis v

v v - v - v - v
Habet hoc voluptas omnis
 Stimulis agit fruentes,
 Apiumq; par volantum
 Vbi gata mella fudit,
 Fugit, & nimis tenaci
 Ferit ic̄ta corda morsu.

¶ Metrum octauum.

Dicolon distrophon. Primus versus est asclepiadeus, vt, Si quantas rapidis. Sequens est iambicus, archeilocheus, dimeter, acatalecticus, vt, Summumq; credit glo.

- - - v v - - v v - v -
 - - - v - - - v v v - -
Heu heu quæ miseros tramite denio
 Abducit ignorantia:
 Non aurum in viridi quæritis arbore,
 Nec vite gemmas carpitis:
 Non altis laqueos montibus abditis
 Vt pisce diteris dapes:
 Nec vobis capreas si libeat sequi,
 Thyrræna captatis vada.

BOETII DE CONSO.

Ipsos quinetiam fluctibus abditos
 Norunt recessus aequoris,
 Quae gemmis niueis unda feracior,
 Vel quae rubentis purpura,
 Nec non quae tenero pisce, vel asperis
 Praestent echinis litora.
 Sed quonam lateat quod cupiunt bonum
 Nescire caci sustinent,
 Et quod stelliferum transabit polum
 Tellure demersi petunt.
 Quid dignum stolidis mentibus imprecer?
 Opes, honores ambient.
 Et cum falsa gravi mole parauerint,
 Tum vera cognoscant dona.

¶ Metrum nonum.

Monocolon. Versus est heroicus, hexameter,
 Hoc modo.

O qui -- perpetu -- v v a mun -- dum rati-
 - v v one gu - v v bernas --

-- - v v -- - v v - v v --
O Qui perpetua mundū ratione gubernas
 Terrarū, caeliq; sator, qui tempus ab aeo
 Ire iubes, stabilisq; manēs das cūcta moueri
 Quem non externae pepulerunt fingere causae
 Materia fluitantis opus: verū insita summi

Forma

Forma boni, liuore carens, tu cuncta superno
 Ducis ab exēplo, pulcherrimus ipse,
 Mundū mente gerens, similiq; ab imagine formās,
 Perfectasq; inbens perfectū absoluerē partes.
 Tu numeris elementa ligas, ut frigora flammis,
 Arida conueniant liquidis, ne purior ignis
 Euolet, aut mersas deducant pondera terras.
 Tu triplicis mediam natura cuncta mouentem,
 Connectens animam, per cōsona membra resoluīs.
 Quæ cum secta duos motum glomerauit in orbes,
 In semet reditura meat, mentemq; profundam
 Circuit, & simili conuertit imagine cœlum.
 Tu causis animas paribus, uitasq; minores
 Prouehis: & leuibus sublimes curribus aptans,
 In cœlum, terramq; seris: quas lege benigna
 Ad te conuersas reduci facis igne reuerti.
 Da pater augustam menti conscendere sedem,
 Da fontem lustrare boni, da luce reperta.
 In te conspicuos animi desigere uisus.
 Disijce terrenæ nebulas, & pondera molis:
 Atq; tuo splendore mica: tu nanq; serenum,
 Tu requies in tranquilla p̄is, te cernere finis,
 Principium, uēctor, dux, semita, terminus idem.

¶ Metrum decimum.

Monocolon. Versus est dactylicus, phalœutius
 pentameter, hendecasyllabus, ut, Quisquis cō.

BOETII DE CONSO.

HVC omnes pariter benite capti,
 Quos fallax ligat improbis catenis
 Terrenas habitans libido mentes.

Hic erit nobis requies laborum,
 Hic portus placida manens quiete,

Hoc patens unum miseris asylum.

Non quicquid Tagus aureis arenis

Donat, aut Hermus rutilante ripa,

Aur Indus calido propinquus orbi

Candidis miscens virides lapillos

Illustrant aciem: magisq; cæcos

In suas conduit animos tenebras.

Hoc quicquid placet, excitatq; mentes,

Infirmis tellus aluit cavernis.

Splendor quo regitur, vigetq; cælum

Vitat obscuras animæ ruinas.

Hæc quisquis poterit notare lucem

Candidos Phœbi radios negabit.

¶ Metrum vndecimum.

Monocoló. Versus est iâbicus, hipponacticus
 trimeter, acatalecticus, vt, Hęc eũ superba.

Quisquis profunda mēte vestigat verũ,

Cupitq; nullis ille denys falli,

In se reuoluat intimi lucem visus,

Lōgosq; in orbē cogat inflectēs motus,

Animumq;

Animūq; doceat quicquid extra molitur
 Suis retrusum possidere thesauris.
 Dudum quod atra texit erroris nubes,
 Lucebit ipso perspicacius Phœbo.
 Non omne nanq; mente depulit lumen
 Obliviosam corpus inuehens molem.
 Heret profecto semen introrsum veris:
 Quod excitatur ventilante doctrina.
 Nam cur rogati sponte recta censetis,
 Ni mersus alto viueret fomes corde.
 Quod si Platonis Musa personat verū,
 Quod quisq; discit immemor recordatur.

¶ Metrum duodecimum.

Monocolon. Versus est glyconius, vt, Cum
 Phœbi radijs.

- - - vv - vv

Felix qui potuit boni
 Fontem visere lucidum,
 Felix qui potuit grauis
 Terre soluere vincula.
 Quondam funera coniugis,
 Vates Thraicius gemens,
 Postquam flebilibus modis,
 Syluas currere, mobiles,
 Amnes stare coegerat,
 Iunxitq; intrepidum lacus

BOETII DE CONSO.

Senis cerua leonibus,
 Nec visum timuit lepus
 Iam cantu placidum canem:
 Cum flagrantior intima
 Feraor pectoris vreret:
 Nec qui cuncta subegerant
 Mulcerent dominum modi.
 Immites superos quaerens,
 Infernas adiit domos.
 Illic blanda sonantibus
 Chordis carmina temperans,
 Quicquid precipuis deæ
 Matris fontibus hauserat,
 Quod luctus dabat impotens,
 Quod luctum geminans amor
 Deslet, tenera commouens,
 Et dulci veniam prece
 Umbrarum dominos rogat.
 Stuper ter geminus nouo
 Captus carmine ianitor,
 Quæ fontes agitant metæ
 Vltrices scelernus deæ
 Iam mæstæ lachrymis madent:
 Non Ixionium caput
 Velox præcipitat rota:
 Et longa sibi perditus
 Spernit flumina Tantalus:

Vultur dum satur est modis
 Non traxit Tityi secur:
 Tandem vincimur arbiter
 Umbrarum miserans ait:
 Donamus comitem vino
 Emptam carmine coniugem:
 Sed lex dona coerceat,
 Ne dum tartara liquerit
 Fas sit lumina flectere.
 Quis legem det amantibus?
 Maior lex amor est sibi.
 Heu noctis prope terminos
 Orpheus Euridicen suam
 Vidit, perdidit, occidit.
 Vos hæc fabula respicit
 Quicumque in superum diem
 Mentem ducere quaritis.
 Nam qui tartareum in specus
 Victus lumina flexerit,
 Quicquid præcipuum trahit.
 Perdit, dum videt inferos.

Libri tertij finis.

Seuerini Boetij de Consolatu Philo-
 sophico, Liber Quartus.

¶ Metrum Primum.

Dicolon distrophon. Primus versus est dactyli-
cus, alcmانيus, tetrameter, acatalecticus, inter-
dum anapaestum recipiens, hoc modo. Sunt ete-
-vv nim pen -- na velu -vv cres mihi

-vv. vt, Luminibusq; prior. Sequens est
iābicus, archilocheius. vt. Abducit ignorātia.

-vv -- -vv -vv

-- v- -- vv

Sunt etenim pennae volucres mihi,
Quae celsa conscendant poli.

Quas sibi cum velox mens induit,

Terras perosa despicit:

Aëris immensi superat globum,

Nubesq; post tergum videt.

Quiq; agili motu calet aetheris

Transcendit ignis verticem,

Donec in astriferas surgat domos,

Phæboq; coniungat vias:

Aut comitetur iter gelidi senis

Miles coruscæ syderis:

Vel quocunq; micans nox pingitur

Recurrat astri circulum.

Atque ubi iam exhaustum fuerit satius,

Polum relinquat extimum,

Dorsaq; velicis premat aetheris

Compos verendi luminis.

Hic regum sceptrum dominus tenet,
 Orbisque habenas temperat,
 Et volucrem currum stabilis regie
 Rerum coruscus arbiter.
 Huc te si reducem referat via,
 Quam nunc requiris immemor.
 Hæc (dices) memini patria est mihi,
 Hinc ortus, hic sistam gradum.
 Quod si terrarum placeat tibi
 Noctem relictam visere,
 Quos miseri coruos populi timent
 Cernes tyrannos exules.

¶ Metrum secundum.

Dicolon distrophon. Primus versus est trochai-
 cus, alcmانيus, dimeter, catalecticus. Quæ hu-
 ius carminis natura sit, videre licet in fine in cæ-
 timetro Seruij. Scanditur hoc modo. Quos vi-
 - v des se - v dere - v celfo - - Sequens
 est pherechratius, vt, Pontus versat arenas.

- v - v - v - - -
 v v - - v v - -

Q Vos vides sedere celfo
 Solij culmine reges
 Purpura claros nitente
 Septos tristibus armis
 Ore toruo comminantes

BOETII DE CONSO.

*R*abie cordis anhelos,
 Detrahat si quis superbis
 Vani tegmina cultus,
 Iam videbit intus artas
 Dominos ferre catenas.
 Hinc enim libido versat
 Auidis corda venenis,
 Hinc flagellat ira mentem
 Fluctus turbida tollens.
 Mæror aut captos fatigat,
 Aut spes lubrica torquet.
 Ergo cum caput tot unum
 Cernas ferre tyrannos,
 Non facit quod optat ipse
 Dominis pressus iniquis.

¶ Metrum tertium.

Monocolon. Versus est Glyconius, choriambicus, trimeter, acatalecticus, vt, Cum Phœbi radijs &c.

-- -VV- VV

VEla Nariçij ducis,
 Et vagas pelago rates
 Eurus appulit insule,
 Pulchra qua residens dea

Solis edita semine

Miscet hospitibus nonis,

Tacta carmine pocula.
 Quos ut in varios modos
 Vertit herbipotens manus,
 Hunc aprifacies regit,
 Ille marmaricus leo
 Dente crescit & unguibus:
 Hic lupis nuper additus
 Flere dum parat ululat:
 Ille tigris ut indica
 Testa mitis abombulat.
 Sed licet varijs malis
 Numen arcadis alitis
 Obsitum miserans ducens
 Peste soluerit hospitibus,
 Iam tamen mala remiges
 Ore pocula traxerant.
 Iam sues cerealia
 Glande pabula vertevant.
 Et nihil manet integrum
 Voce, corpore, perditis.
 Sola mens stabilis, super
 Monstra quæ patitur, gemit.
 O lenem nimium manum,
 Nec potentia gramina,
 Membra quæ valeant licet,
 Corda vertere non valent,
 Intus est hominum vigor.

BOETII DE CONSO.

*Arce conditus abdita.
Hæc venena potentius
Detrahunt hominem sibi,
Dira quæ penitus meant,
Nec nocentia corpori
Mentis vulnere feriunt.*

¶ Metrum quartum.

Dicolon, distrophon. Primus versus est dactylicus, phalentiuss, vt, Quisquis composito.
Sequens est Elegiacus.

-- -vv -v -v -v
-vv -- -vv -vv -

Quid tantos inuat excitare motus,
Et propria fatum sollicitare manus?
Si mortem petitis, propinquat ipsa
Sponte sua, volucres nec remoratur equos.
Quos serpens, leo, tigris, ursus, aper
Dente petunt, iidem se tamen ense petunt.
An distant quia, dissidentq; mores
Iniustas acies & fera bella mouent?
Alternisq; volunt perire telis?
Non est iusta sitis scuintia ratio.
Vis aptam meritis vicem referre,
Dilige iure bonos, & miseresce malis.

Metrum

¶ Metrum quiatum

Monocolon. Versus est dactylicus, alcmانيus,
vt. Heu qua præcipiti.

- - - - - v v - v

Siquis Arcturi syndera nescit
Propinqua summo cardine labi:
Cur legat tardus plaustra bootes,
Mergatq; seras æquore flammæ
Cum nimis celeres explicet ortus,
Legem stupebit ætheris alti.
Palleant plenæ cornua lunæ
Infecta metis noctis opacæ.
Quæq; fulgenti texerat ore,
Confusa Phœbe detegat astra,
Commouet gentes publicus error,
Lassantq; crebris pulsibus æra.
Nemo miratur flamina cori.
Litus frementi tondere fluctus,
Nec niuis duram frigore molem
Feruente Phœbi soluer æstu.
Hic enim causas cernere promptum,
Illic latentes pectora turbant
Cuncta, quæ rara prouehit ætas:
Stupetq; subitis mobile vulgus,
Cedat inscitæ nubilus error,
Cessent profecto mira videri,

¶ Metrum sextum.

Monocolon. Versus est dactylicus, archilocheus, tetrameter, catalecticus. Primi duo pedes possunt esse dactyli, vel spōdei, tertius tantum dactylicus, licet hic non fit semper, quartus spōdeus, hoc modo. Si vis -- celsi -- iura tonantis --

-- -- -- v v --

S I vis celsi iura tonantis
Pura solers cernere mente,
Aspice summi culmina caeli.

Illic iusto fœdere rerum
Veterem servant sydera pacem.
Non sol rutilo concitus igne
Gellidum Phœbes impedit axem.
Nec quæ summo vertice mundi
Flectit rapidos vrsa meatus,
Nunquam occiduo lota profundo,
Cætera cernens sydera mergi
Cupit oceano tingere flammæ,
Semper vicibus temporis æquis
Vesper seras nunciat umbras,
Reuehitq; diem lucifer alnum.
Sic alternos reficit cursus
Alternus amor, sic astrigeris
Bellum discors exulat oris
Hæc concordia temperat æquis

Elementa modis: ut pugnancia
 Vicibus cedant humida siccis,
 Iungant fidem frigora flammis,
 Pendulus ignis surgat in altum,
 Terræq; graues pondere sidant.
 Hisdem causis vere tepenti
 Spirat florifer annus odores,
 Æstas cererem feruida siccata,
 Remeat pomis grauis Autūnus,
 Hyemem defluis irrigat imber.
 Hæc temperies alit, ac profert
 Quicquid vitam spirat in orbe,
 Eadem rapiens condit, & aufert
 Obitu mergens orba supremo.
 Sedet interea conditor altus,
 Rerumq; regens stetit habenas
 Rex, & dominus, fons & origo,
 Lex, & sapiens arbiter æqui.
 Et que motu concitat ire,
 Sistit retrahens, ac vaga firmat.
 Nam nisi rektos reuocans ictus
 Flexos iterum cogat in orbes,
 Quæ nunc stabilis continet ordo
 Dissepata suo fonte fatiscant.
 Hic est cunctis communis amor,
 Repetuntq; boni sine teneri.
 Quia non aliter durare queant,

BOETII DE CONSO.

*Nisi conuerso rursus amore
Resluant cause qua dedit esse,*

¶ Metrum septimum.

Monocolon. Versus est dactylicus, sapphicus.
pentameter, acatalecticus, vt, Nouimus quãtas

- v - - - v v - v - -

Bella bis quinis operatus annis
Vltor Atrides Pergygiæ ruinis,
Fratris amissos thalamos piavit.
Ille dum Graia dares vela classi
Optat, & ventos redimit cruore,
Exiit patrem, miserumq; tristis
Fœderat natæ ingulum sacerdos.
Fleuit amissos Ithacus sodales,
Quos ferus vasto racabans in antro
Morsit immani Poliphemus aluo.
Sed tamen cacosuribundus ore
Gaudium mœstis lachrymis rependit.
Herculem duri celebrant labores.
Ille Cent auros domuit superbos,
Abstulit sauo spoliũ leoni,
Fixit & certis volucres sagittis
Poma cernenti rapuit draconi,
Aureo leua grauior metallo:
Cerberum traxit triplici catena
Victor immitem posuisse fertur

Pabulum seuis dominum quadrigis.

Hydra combusto perijt veneno:

Fronte turpatus Achelous amnis

Ora demersit pudibunda ripis:

Stravit Anthemum Libycis arenis:

Cacus Euandri satiauit iras:

Quosq; pressurus foret altus orbis

Setiger spumis humeros notauit:

Vltimus cælum labor irreflexo

Sustulit collo, pretiumq; rursus

Vltimi cælum meruit laboris.

Ite nunc fortes, ubi celsa magni

Ducit exempli via, cur inertes

Terga nudatis? superata tellus

Sydera donat.

Libri Quarti Finis.

Seuerini Boetij de Consolatu Philo
sophico. Liber Quintus.

Metrum primum.

Dicoló distrophon. vt. Carmina qui quondá.

-vv -vv -vv -vv -vv

--v -- -vv -vv -

R *Vpis Achemenia scopulis, ubi versa sequen
tum*

Pectoribus figit spicula pugna sugax,

Tigris

Tigris & Eufrates vno se fonte resoluunt,
 Et mox abiunctis dissociantur aquis.
 Si coeant, eursumq; iterum renocentur in unum,
 Confluat alterni quod trahit vnda vadi,
 Conueniant puppes, & vulsi flumine trunci,
 Mixtaq; fortuitos implicet vnda modos:
 Quos tamen ipsa vagos terræ decliua casus,
 Gurgitis & lapsi defluus ordo regit
 Sic quæ permissis fluitare videtur habenis
 Fors, patitur frenos, ipsaq; lege meat.

¶ Metrum secundum.

Monocolon. Versus est dactylicus, archilocheus, tetrameter, catalecticus, vt. Si vis celsi.

-- -- - v v --

Puro clarum lumine Phœbum
 Melliflui canit oris Homerus:
 Qui tamen intima viscera terræ
 Non valet, aut pelagi, radiorum
 Infirma perrumpere luce.
 Haud sic magni conditor orbis.
 Huic ex alto cuncta tuenti
 Nulla terræ mole resistunt.
 Non nox atris nubibus obstat.
 Quæ sint, quæ fuerint, veniantq;
 Uno mentis cernit in ictu.
 Quem, quia respicit omnia solus,
 Verum possis dicere solem.

Metrum

¶ Metrum tertium.

Monocolon. Versus est dactylicus, archilochæus, tetrameter, catalecticus, ut, Si vis celsi.

- - - - - v - - - - -

Quam venam discors fœdera rerum
 Causa resoluit? quis tanta Deus
 Veris statuit bella duobus?
 Ut quæ carptim singula constent

Eadem nolint mixta iugari.

An nulla est discordia veris,

Semperq; sibi certa coherent.

Sed mens certis obruta membris.

Nequit oppressi luminis igne

Rerum tenues noscere nexus.

Sed cur tanto flagrat amore

Veri tectas reperire notas?

Scit ne, quod appetit anxia nosse?

Sed quis nota scire laborat?

Et si nescit, quid cæca petit?

Quis enim quicquam nescius optet?

Aut quis valeat nescita sequi?

Quove inueniat? quis repertam

Queat ignarus noscere formam?

An cum mentem cerneret altam

Pariter summam & singula norat?

Nunc membrorum condita nube

Non in totum est oblita suis,

Sunt namq;

BOETII DE CONSO:

Summamq; tenet singula perdens?

Igitur quisquis vera requirit,

Nentro est habitu: nam neq; nouit,

Nec penitus tamen omnia nescit.

Sed quam retinens meminit summam

Consulit alte visa retractans,

Vt seruatis queat oblitus

Addere partes.

¶ Metrum quartum.

Monocolon. Versus est glyconius, choriábicus trimeter, acatalecticus, vt, Cū Phœbi radijs.

- - - v v - - - v v

Q*uondam porticus attulit,*
Obscuros nimium senes,
Qui sensus, & imagines
E corporibus extimis

Credunt mentibus imprimi,

Vt quondam celeri stylo

Mos est equore paginae,

Que nullas habeat notas

Pressas figere literas.

Sed mens si proprijs vigens

Nihil motibus explicat,

Sed tantum patiens iacet

Notis subdita corporum,

Cassasq; in speculi vicem

Rerum reddit imagines,
 Vnde hæc sic animis viget
 Cernens omnia notio?

Quæ vis singula prospicit?

Aut quæ cognita diuidit?

Quæ diuisa recollegit?

Alternumq; legens iter

Nunc summis caput inserit,

Nunc desidit in infima.

Cum sese referens sibi

Veris falsæ darguit.

Hæc est efficiens magis

Longe causa potentior

Quam quæ materia modo

Impressas patitur notas.

Præcedit tamen excitans,

Ac vires animi mouens

Vino in corpore passio,

Cum vel lux oculos ferit,

Vel vox auribus instrepit.

Tum mentis vigor excitus

Quas intus species tenet

Ad motus similes vocans

Notis applicat exteris:

Introrsumq; reconditis

Formis miscet imagines.

BOETII DE CONSO.

¶ Metrum quintum.

Monocolon. Versus est dactylicus, archilocheus, constans tetrametro bucolico, & tribus trocheis, hoc modo. Quam vari - v v is ter -
ras ani - v v malia - v v perme - v ant fi
- v guris - -

- v v - - - v v - v v - v - v - -
Quam varijs terras animalia permeant figuris
Nanq; alia extento sunt corpore, pulueremq;
verrant,

Continuumq; trahunt vi pectoris incitata sulcum.
Sunt quibus alarum leuitas vaga verberetq; v̄etos,
Et liquido longi spacia ætheris enatet volatu.

Hæc pressisse solo vestigia, gressibusq; gaudent,
Vel virides campos transmittere, vel subire sylvas
Quæ varijs videas licet omnia discrepare formis,
Prona tamen facies hebetes valet ingrattare sensus
Vnica gens hominum celsum leuat alius cacumen,

Atq; leuis recto stat corpore, despicitq; terras,
Hæc, nisi terrenus male desipis, admonet figura
Qui recto cœlum vultu petis, exerisq; frontem,
In sublime feras animam quoq; ne grauata pessum
Inferior sidat mens, corpore celsius leuato.

FINIS.



